

www.e-rara.ch

**Marsilii Ficini ... de religione christiana opus plane divinum et huic nostro
seculo pernecessarium**

**Ficinus, Marsilius
Guillard.**

Parisiis, 1559

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 8004

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-32312>

Capitulum XXI.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

fentiat, quàm ille diffenscrit. Omnium verò vicem, post Adā, solus ille gerere potuit, qui Deo penitus iunctus esset, omnium conditori. fuit igitur Deus simul & homo. Deus, ut omnes complecteretur, infinitamque posset culpam diluere. Homo, ut pati pro culpa posset, atque ut pateretur homo, quemadmodum peccauerat homo. Sic & illius hominis pœna meritumque vim aliquam habuit infinitam, in quantum reuera Deo iunctus erat infinito. Infinito autem quodammodo supplicio meritoque opus fuerat ad infinitam culpam penitus diluendam.

Christus perfectum instructionis genus impleuit.

Capitalum XXI.

Diuina prouidentia nullum erga filios suos institutionis genus prætermittere voluit. Est autem institutio duplex, per doctrinam videlicet, & exemplum. Doctrina perfecta est, de qua iure dubitari non debet, qualis in solo deo esse cõceditur. Misit igitur pater deus ad homines præceptorẽ aliquẽ qui deus esset, ne de doctrina eius dubitare deceret: adde & qui esset homo, ut ipse omnia humana officia verè exequi posset, omnesq; pro honesto deoque perferre labores, quo exẽplo homines perfectè instrueret ad virtutẽ. Opera enim multo magis quàm verba mouet, in disciplina præsertim morali, cuius finis proprius versatur in actione.

Esse

Esse illum deũ, declarauerunt miracula: vt fidẽ apud dociles doctrina eius haberet. Esse verò hominẽ, passiones humanæ declarauerunt. Nul- lus, igitur nobis (nisi pertinaces nimiũ esse veli- mus), excusationi locus videtur esse relictus. Si doctrinã eius quasi minus verã insolẽter respue- re nitimur, diuinitas miraculaque reclamant. Si tanquã nobis supra modũ durã, humanitas la- boresque magistri & ducis illius ostendunt ho- minibus possibilis esse, quę pertulit homo. De- nique quia delictorum summa in eo consistit, quòd corporalibus nimiũ in hæremus, a spirita- libusve discedimus: Christus vitæ magister per doctrinã vitæque suã, quasi gladiũ & ignẽ im- misit in mundũ, hoc est virtutẽ purgatoriã, ani- mi que purgatiuã, vt omnes corporaliũ vitiorũ fomites refecaret ad viuũ, atq; consumeret. Ipse quoque singula vltro libenterque tulit, quæ cæ- teri fugiũt tanquã mala, peregrinationẽ, inediã, sitim, nuditatẽ, infamiã, contumeliã, verbera, breuitatẽ vitæ, ignominiosam mortem & acer- rimã. Fugit autẽ singula quæ tanquã bona cæ- teri prosequuntur, vt hac ratione nobis osten- deret, neque mala reuera esse, quæ mala voca- mus, neque bona quæ vocamus bona: nihilque in rebus corporalibus esse, quòd vilius precij censendum sit, sed quicquid præter deum est, tenuis vmbre somniũ existimandũ. Cũ autem omnibus quæ a mortalibus optatur tanquã bo- na, careret, solis certè miraculis solus ipse in or-

be terrarū in hanc vsque diē meruit, & meruit subitò, vt deus summus existimaretur. Prophetas Hebræi sanctos homines vocant, gentiles, viros excellentes cū deos nominant, diuinos iam factos & dei ministros intelligunt. Mahumeten ses regem suū Mahumethen filiū Abdallæ filij Abdal mutabilis Arabiæ regis, purū quidē hominē, sed dei nunciū esse credunt: talē quoque ipse se vocat in Alcorano. Addit se in vi armorū, Christū in virtute miraculorū missum a deo fuisse, deūque hominibus Iesū & Mariā miraculū effecisse. Meritò itaq; solus christus stupēdis operibus meruit, quod neque multi principes, hoc tum minis, tū beneficiis contendentes. Neque Zoroastes, Pythagoras, Empedocles, Apollonius Tyanæus, aliique multi philosophi sapientia mirabili & longi a vita consequi potuerunt quāuis Pythagorā Iamblichus Chalcideus lōga disputatione, Apolloniū vero Philostratus eloquentia, Porphirius argutiis, multi principes fauore pro viribus celebrauerint.

Christus errores expulit: veritatem aperuit.

Capitulum XIX I I

ANte Christi aduentū per vniuersum penē orbē plures colebantur dii, immo demones, sacerdotesq; & illi quidē mali, quod Enomaus philosophus confitetur. Quis non videat illos fuisse malos, qui nihil de animorū purgatione